NICETAS REMESIANENSIS · ORIGENES · HUGO DE FOLIETO · HUGO DE S. VICTORE · HILDEBERTUS CENOMANENSIS · AUGUSTINUS

Salzburg (?), 1. Hälfte 13. Jh. Seite 100r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8475
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Incipit liber domni hugonis canonici sancti victoris de claustro materiali.

Carissime de his que ad
edificationem claustri ma
terialis pertinent quibusdam
forsitan solitis grauior
apparebo. nemini tamen
anticipiam. si eos qui remotiores sunt a
seculo laudam. monens eos qui multa et pre
ciosa possident. docens eos qui paupertate et
humilitate gaudent. Scio tamen quamque mul
tos esse in maioribus ecclesiis. qui licet multa
possideant. in alijs tamen paupertatem amant.
Possident ea tamquam si non possidentes. utuntur
possessis quasi non utentes. exempla paupertatis
diligunt. et ea que de paupertate scripta
sunt studiose legunt. legentes se ipsos conspiciunt. et sub honore diuitiarum
gemunt dolentes. Hi sunt pauperes spiritu
si habitu. Hos autem pauperes. ad oculum simul.
loci mutatio si habitus uestem si non retinet.
Sunt etiam in maioribus ecclesiis aliqui sublimes oculis. inflati spiritu superbie. qui pauperes
fratres cum supuenerunt et latere respiciunt.
deridentes eos. detrahunt illis. uacantes
ocio. ponentes simbolum quasi canes dente
uuido. ossa pauperum fratrum corrodentes.
dicentes saccum iheronimi. tunicam benedicti. matrulam eulalie. lacinias arsenij.
nuditatem apostoli. ollam helisei. Ab his quasi
sicut superi extranei longe fac nomen meum.

Quum de ordinatione claustri ma
terialis fiat aliquid mediocriter
sectando dicturi sumus ordine congruo
considerandum nobis quatuor occurrit. Scili
cet qui sint qui teneantur ordinem. aut
quid teneantur. ubi maneant. et unde uiuant.
ut plures sint et boni profectus. ut cohabi
tandi suppetant edificia. et uictui habeantur
necessaria. Sit tamen in numero discretio.
in proposito deuotio. in edificiis mediocritas.
et res possessis frugalitas. Ne si creuerit
alterum nascatur turbatio. aut per difficultatem
proficiat subrepat desperatio. ne ex edificio
eorum magnitudine subiciatur elatio. aut
ex habundantia rerum se inferatur elatio.
Qui enim uolunt fieri diuites. incidunt
in temptationem et in laqueum diabuli. Te
nenda est ut dyeceseos discretio in numero
fratrum ut tot simul cohabitent quot ordinate
uiuere possint. ne uel excusantur paucitate
ut regulariter uiuant. uel per multitudinem
cohabitantium necessitatem eorum illicita
quaerant. Qui enim congregant. necesse est
ut eorum uictui multa quaerant. Sed dum que
runt plurima. crescat exterior cura.
spargunt per diuersas regiones ecclesie be
neficia. spargunt et fratres. Soli intra sclaues
habitant. nolentes pari fraude. sed uictuo
pauci contendere. Qui per cellulas duo
uel tres. uel etiam quatuor. aut quinque simul
habitant. claustrali non cohabitant lege
loquuntur et quando et cui et quid uolunt. Nec
horum tamen siue illorum uita accuso. sed
quid in utroque periculi lateat. annuncio.
Hi his autem quidam monachi quasi hedes
beati benedicti nouum discretionem ser
uant. ut si fratrum suppabundet numerus.